

Nur Wenige theilen nicht die allgemeine Anschauung, nach welcher die Mönche als Gestalten erscheinen, wie der heilige Apostel Paulus mit Epimenidas von Gnossus Dichterwort im Briefe an den Titus (I. 12.) die Kreter schildert. Auch hier, wie fast immer, bewährt sich, was Shakespeare in seinem Heinrich VIII. (Act. IV. Scene 2) Griffith zu Katharina von Arragonien bezugs Cardinal Wolsey sagen lässt:

»Man gräbt in Erz der Menschen Uebelthat,
In Wasser schreibt man ihre Tugenden.« —

Kleinere Quellen und Forschungen zur Geschichte des Cistercienser-Ordens.

Von P. Otto Grillnberger, Ord. Cist. in Wilhering.

I.

In der Handschrift IX, 124 der Stiftsbibliothek zu Wilhering (201 Bl. 4^o) begegnet uns F. 127'—129' eine Ars dictandi, vermuthlich ein Auszug aus Dybinus,¹⁾ geschrieben zu Ende des XIV. oder zu Beginn des XV. Jahrhunderts. Derselben hat F. 130—133 eine gleichzeitige Hand 18 praktische Muster angereicht, welche die Cistercienser-Klöster Ebrach, Engelszell, Kaisersheim, Langheim, Salem, St. Gotthard, Scalie und Waldsassen betreffen. Im folgenden soll aus diesem Theile, als dessen Verfasser, wenn man ihn so nennen darf, ohne Zweifel ein Wilheringer Mönch zu betrachten ist, das Interessanteste, Nr. 1—4, mitgetheilt werden.

1.

(C. 1400.) „*In vigilia penthecostis.*“ (Wilhering.) — *Der Abt von Ebrach visitiert das Stift Wilhering und hinterlässt die charta caritatis.*

F. 130. Anno domini etc. in vigilia penthecostis nos frater N. abbas in N. filiam nostram in *Wilhering* in Christo nobis dilectam secundum formam ordinis personaliter visitantes que ibidem emendacione digna cognovimus statutis corrigere curavimus subnotatis.

¹⁾ Dies lässt sich aus Wendungen, wie „sicut patet in Dybino“; „vide Dybinum in suo Viatico, qui satis late hec declarat“; „Exempla patent in Dybino“; „Qui lacius habere scienciam de hijs desiderat, recurrat ad Dybinum“, Wendungen, die einem auf Schritt und Tritt begegnen, wenn auch nicht mit Sicherheit, so doch mit grosser Wahrscheinlichkeit schliessen. Von den Werken des Dybinus ist leider noch nichts veröffentlicht. Ueber ihre handschriftliche Ueberlieferung vgl. Oesterley, Wegweiser durch die Literatur der Urkundensammlungen I. Thl. S. 16.

In primis. Cum obiectum beatificum ex divini cultu officii cum devocionis conamine celebratum gloriosius promereri nullo modo dubitetur, hinc est, quod licet cooperante gracia divina idem officium secundum ordinis nostri antiquam institutionem ad presens in hoc loco competenter perficiatur, attamen priorem et cantorem ad hoc paterno excitamus affectu, ut non solum circa dictum officium in choro et infirmitorio, ut sic perseveret, ferventer intendant, verum eciam ut salubria semper suscipiat incrementa, affectanter conventum inducendo insistant missarumque ac sacre communionis frequentacionem a cunctis conventualibus indesinenter exigant desides et remissos in premissis, si necesse fuerit, propter nos compellendo.

Item cum omnia iura omnesque leges ad hoc sint condite, ut vicia corrigantur et virtutes liberum habeant processum, eapropter dominum abbatem, priorem et seniores toto cordis requirimus affectu, ut disciplinam morum profectumque virtutum sic in se et in aliis foveant et nutriant, ut ex odore bone fame huius domus cunctis per circuitum et maxime personis ordinis virtutis et discipline regularis detur exemplum. Signanter pacem, unitatem et concordiam in se et subditis toto posse et viribus conservando pacis vinculum non dimittant, discordie vero et invidie seminatores per penas corporales et spirituales secundum sua demerita taliter puniendo, quod similia attemptare volentibus transeat in terrorem. Et quia silentii fractores ut communiter pacis turbatores verissimi reperiuntur, ideirco penis in diffinicionibus contentis eos, quovis expedit, puniri mandamus omnino.

Item quia nulla res in suo puro esse conservatur, nisi superiorum influencia debito modo reguletur, et luce clarius patet nostrum sacrum ordinem per cottidianum capitulum in puritate monastice vite infallibiliter conservari, hinc est, quod personas huius domus paterno commonemus affectu, ut signanter domino abbati cunctisque presidentibus in capitulo debitam reverenciam, obedienciam veris moribus murmuracionis malo remoto humiliter exhibeant senioresque ipsis presidentibus in suis proclamacionibus pro disciplina ordinis conservanda seriosissime cooperentur. Quibus si aliquis vel aliqui se proterve opponerent et pie ammonenti ad obedienciam statim non redierint, acriori pene in eodem capitulo sine misericordia subdantur, quam eciam si subire contempserint, aut graviolem culpam aut penam carceris nullo modo evadant.

Item cum secundum regulam sancti Benedicti omnes monachi in uno loco, hoc est, in dormitorio dormire teneantur et nonnulli contra huiusmodi statutum in cellis seu cameris singulariter dormire presumant, quare volumus et mandamus, ut omnes coventuales simul in dormitorio dormiant, sicut antiqua laudabilis et approbata consuetudo in monasteriis ordinatis introduxit, ut si quis oppositum

fecerit seu vigiliis et alias horas canonicas neglexerit, illa die porcioni sue (!) vini careat omnino nulla dispensacione suffragante.

Item cum utile et rationi consonum sit, ut ubi materia invenitur bene disposita, eidem congrua inserviatur forma, et cum in hac domo propter paucitatem personarum iuvenes ad generale studium transmitti non possint,¹⁾ cum tamen alias bene sint dispositi, quapropter volumus et mandamus, ut ad ipsorum profectum lector eisdem deputetur, qui tempore laboris de lectione ipsis competenti providere ipsis non obmittat, F. 130', omnibus iuvenibus et sacerdotibus sub pena panis et aque mandantes, ut eandem leccionem cum diligencia frequentent et prefato lectori recitent temporibus opportunis. Sed et eidem lectori de competenti solacio per priorem domus provideatur.

Omnino sane adicientes, ut proprietarii in singulis festivitibus, in quibus fit sermo in capitulo, a presidentibus excommunicati sollempniter decantentur.

2.

Alia kartha visitacionis.

(1370—1421 . . . Hohenfurt). — *Abt J(ohannes? Jakob?) von Wilhering urkundet über die von ihm vorgenommene Visitation des Stiftes Hohenfurt.*

Anno domini etc. nos frater J.²⁾ dictus abbas in *Hilaria* dilecte filie nostre abbacie in *Altovado* annue visitacionis officium personaliter impendentes omnes personas deo ibidem sub sancte religionis habitu servientes ad inviolabilem observanciam astringimus submissorum.

In primis. Quia religiositatis merita in hoc potissimum suscipiunt incrementa, si eiusdem professores supplici cum fervore celebres ac votivas laudes offerunt salvatori, eapropter ordinamus, ut divinum officium ab omnibus tam diurno tam nocturno tempore diligentius frequentetur nullusque de ipso officio, signanter de missa, egredi audeat quavis occasione, nisi evidens necessitas et licencia prioris vel subprioris exigat dispensandum.

Et quia ad sacre communionis frequentiam ante omnia puritas consciencie requiratur, sub debito sancte obediencie precipimus, ut omnes et singuli ad minus tres missas legant et inferiores gradus temporibus debitis et consuetis communionem sanctam recipiant semelque in septimana fidelem, integram ac devotam confessionem suorum peccatorum nullatenus facere obmittant. In

¹⁾ Nach der wiederholt getroffenen Entscheidung des Generalcapitels, „ut monasterium duodecim monachorum in collegium Parisiense mittat unum scholarem“ (vgl. Edm. Martène et Urs. Durand, *Thesaurus nov. Anecd. IV.*, col. 1518, 1524, 1544), muss damals die Zahl der Wilheringer Mönche eine sehr geringe gewesen sein.

²⁾ Entweder Johannes I. 1370—c. 1381, oder Jakob I. 1385—1421.

premissis si quis negligens repertus fuerit, singulis sextis a presidente proclametur et cum disciplina regulari pena panis et aque irremissibiliter puniatur.

Item cum sacre religionis auctoritas necnon ordinis nostri instituta a suis fundamentis omnes ipsius professores moneant et inducant, ut disciplina morum profectusque virtutum salutaria recipiant incrementa, idcirco dominum abbatem signanter et priorem ex affectu paterno cordialiter requirimus et rogamus, ut eandem disciplinam regularem sicut in se et in aliis reformare ac instaurare cum diligencia satagant, prout apud dominum eternum premium et apud ordinem perpetuam consequi velint commendacionem, precipue illos realiter conservando, qui timorem dei postponendo inordinatissima conventicula faciendo die noctuque commessacionibus potacionibusque vacando legemque silentii frangendo, lecciones in ambitu minime frequentando, sed discursibus inutilibus insistendo, terminos quoque monasterii contra statuta ordinis egrediendo se et ordinem per huiusmodi maculare consueverunt, et quos deinceps in futurum in talibus vel maioribus excessis repererint, iuxta modum culpe per penas in diffinicionibus talibus deditas realiter et effective punire studeant, quod eisdem talia attemplare volentibus merito transeat in terrorem. Quodsi se nec sic correxerint, absque mora secundum sua demerita aut graviori culpe subdantur vel eciam carceri mancipentur.

Item statuimus et ordinamus et auctoritate paterna firmiter precipiendo mandamus, ut quicumque honestatem domus seu decenciam ordinis nubilaverit, brigas videlicet et contenciones suscitaverit proclamatoribus impropria faciendo, proposita seu tractata tempore visitacionis vel in cottidianis capitulis tractanda aut proponenda rancorosis replicacionibus obiciendo, suis superioribus in capitulo vel extra rebellionis calcaneum erigendo, secreta domus vel ordinis maliciose personis extraneis revelando aut bonam famam personarum erga seculares denigrando, pro suis demeritis usque ad nutum nostrum carceri mancipentur. Adicientes, ut nullus monachorum, eciam priores, infra sompnum meridianum septa monasterii sine gravi et evidenti necessitate egredi audeant vel presument.

Item statutum anno preterito hic relictum innovare volentes abbati et celerario sub paterna animadversione firmiter precipimus, ut muros ruinosos per totum monasterium diligentissime reformare studeant, prout nostram indignacionem in futura visitacione velint evitare.

Insuper inhibemus, ne possessiones distrahantur, ne pensiones vendantur, ne debita contrahantur, ne persone ad habitum recipiantur.

Hanc autem cartham etc.¹⁾

¹⁾ Ergänze: „ante futuram visitacionem quater (alternis mensibus) volumus in capitulo recitari, ut nullus possit se de ignorancia excusare“ (Cod. IX, 58, F. 5).

3.

Item alia kartha visitacionis.

(1370—1421). „In invencione s. crucis.“ (Hohenfurt.) —
*Abt J(ohannes? Jakob?) von Wilhering urkundet über seine Visitation
des Klosters Hohenfurt.*

Anno domini etc. in invencione sancte crucis nos frater
*J. abbas in Hilaria filiam nostram dilectam in Altovado secundum
formam ordinis personaliter visitantes que ibidem digna emendacione
cognovimus statutis corrigere curavimus subnotatis.*

In primis. Cum obiectum beatificum ex divini cultu officii
devocionis conamine celebratum gloriosius promereri nullo modo
dubitetur, hinc est, quod licet cooperante gracia divina idem officium
secundum ordinis nostri antiquam institucionem ad presens in hoc
loco competenter perficiatur, attamen priorem et cantorem ad hoc
paterno excitamus affectu, ut non solum circa dictum officium in
choro et infirmitorio, ut sic perseveret, ferventer intendant, verum
eciam ut salubria semper suscipiat incrementa, affectanter conventum
inducendo insistant discordes et remissos in premissis, si necesse
fuerit, per penas compellendo.

Item cum omnia iura et leges ad hoc sint condite, ut vicia
corriganter et virtutes liberum habeant (arbitrium) processu, et
eapropter dominum abbatem et priorem et seniores domus toto
cordis requirimus affectu, ut disciplinam morum profectumque
virtutum sic in se et in aliis foveant et nutriant, ut ex odore
bone fame huius domus cunctis per circuitum existentibus et
maxime personis ordinis virtutis et discipline regularis detur
exemplum, signanter pacem et unitatem et concordiam inter se
et subditos toto posse et viribus continue conservando, pacis
unitatisque sectatores semper et ubique fovendo, discordie et invidie
seminatores per penas corporales et spirituales secundum sua
demerita taliter puniendo, quod similia attemptare volentibus
merito transeat in terrorem.

Item cum sacramentum dominici corporis et sanguinis nostre
peregrinacionis viaticum sit saluberrimum, idecirco omnibus personis
huius domus, signanter sacerdotibus, sub debito sancte obediencie
precipimus et mandamus, quatenus omnes et singuli ad minus
tres legant [missas] et inferiores gradus temporibus debitis et
consuetis communionem sanctam recipiant semelque in septimana
fidelem, integram ac devotam confessionem suorum peccatorum
facere nullatenus obmittant. In premissis si quis negligens repertus
fuerit, singulis sextis feriis proclametur a presidente et cum di-
sciplina regulari pena panis et aque irremissibiliter puniatur.

Item statuimus et ordinamus et auctoritate paterna firmiter precipimus, ut quicumque honestatem domus seu decenciam ordinis nubilaverit etc. ¹⁾

4.

(1373—1380). „In exaltacione s. crucis.“ (Hohenfurt.) —
Abt J(ohannes) von Wilhering visitiert das Stift Hohenfurt und hinterlässt die charta caritatis.

Nos frater J. abbas in *Wilhering* anno domini etc. in exaltacione sancte crucis filie nostre in *Altovado* nobis in Christi amore singulariter dilecte visitacionis officium secundum formam ordinis personaliter impendentes pro reformatione discipline regularis et eorum, qui emendacione indigent, submissa ab omnibus huius domus personis arcius custodiri mandamus.

In primis. Ab eo non immerito nostre visitacionis fructum incipere volumus, a quo perpetue beatitudinis beneficium consequi speramus. Eapropter ista statuimus et ordinamus, ut divini fructus obsequium, in choro signanter, secundum antiquam et approbatam ordinis consuetudinem F. 131 simul incipiendo et simul demittendo tam [in] cantu quam in psalmodia devote, distincte et ordinate cum pausa debita ab universis personis conventualibus persolvatur, priorem et cantorem paterna commonentes auctoritate, ut super premissis vigiles existant et quos a fervore divini officii negligentes, signanter a vigiliis, se abstrahere viderint post primam et secundam ammonicionem in capitulo per disciplinas regulares et penam panis et aque taliter corrigere studeant, quod eisdem et aliis merito transeat in terrorem.

Item diffiniciones hoc anno in capitulo nostro generali editas sub pena in eisdem contenta seriose observari mandamus: in primis horas beate virginis in choro dicendas temporibus perpetuis; secundo nomen beate Anne in letania ordinis ante beatam Mariam Magdalenam semper ponendo; tercio ne de cetero plures persone quam due de una cognacione et non plures quam tres de una civitate seu villa ad ordinem assumantur et hoc sub pena excommunicacionis sentencie.

Item violatores silentii vel notabiles mussitacionum voces inter signa emmittentes aut terciam personam pro utriusque colloqui suscepcione in medium statuentes cum pena in diffinicionibus posita irremissibiliter puniantur.

Item ut dampnis et ruinis monasterii et officinarum salubriter occurratur, domino abbati, cellerario et bursario sub paterna animadversione firmiter precipimus, ut muros ruinosos per totum monasterium, signanter mediam portam, cum omni diligencia et suo posse diligentissime reformare studeant, antequam ex hoc

¹⁾ Vgl. Nr. 1.

maius periculum gigneretur. Nullam eciam personam sine maturo consilio incarceret vel emittat, prout nostram indignacionem in futura visitacione voluerit evitare.

Item domino abbati, priori ac aliis, quorum interest, mandamus, ut domino seniori¹⁾ omnia, que sibi per nos sunt concessa, nullatenus infringere audeant vel presumant.

Insuper inhihemus, ne pensiones vendantur, ne debita contrahantur etc.²⁾

¹⁾ Heinrich II. Pukasser c. 1357—1373. Die Worte: „omnia, que sibi per nos sunt concessa“ beweisen, dass der Aussteller nur Abt Johannes sein kann.

²⁾ Vgl. Nr. 2, Schluss. — Ein mit Nr. 4 theilweise übereinstimmender Visitationsrecess findet sich als Vorsetzblatt (Pg.) im Wilheringer Cod. IX, 105. Leider hat derselbe durch Beschneiden sehr gelitten, jedoch glücklicherweise nicht so, dass, wenigstens ausgenommen, der Sinn nicht zu errathen wäre. Die Ergänzungen, welche ich durchwegs Wilheringer Formelbüchern entnommen habe, sind in folgender Ausgabe unter Klammern gesetzt.

[Nos frater Johannes abbas in Wihering anno domini] M^oCCC^{mo}LXXXI^o in die beati Marci ewangeliste filie nostre in Alto Vado nobis in Christi amore singu[lariter dilecte visitacionis officium secundum form]am ordinis personaliter inpendentes pro reformacione discipline regularis et eorum, qui emendacione in[digent, submissa ab omnibus huius domus] personis arcus custodiri mandamus.

In primis. Ab eo non immerito nostre visitacionis fructum incipere volumus, [a quo perpetue beatitudinis beneficium consequi] speramus. Eapropter statumus et ordinamus, ut divini fructus obsequium, in choro signanter, secundum antiquam [et approbatam ordinis consuetudinem simul incipiendo et simul demittendo tam] in cantu quam in psalmodia devote, distincte et ordinate cum pausa debita, sicut hucusque est [landabiliter observatum, ab universis personis conventuali]bus persolvatur. In premissis si qui negligentes extiterint, per disciplinas regulares et penam panis et [aque taliter corrigere studeant, quod eisdem] et aliis merito transeat in terrorem.

Item cum sacramentum dominici corporis et sanguinis nostre peregrina[cionis viaticum sit saluberrimum et c]ultu et veneracione dignissimum, idcirco omnibus personis huius domus, signanter sacerdotibus sub debito [sancte obediencie precipimus et mandamus, quatenus omnes] et singuli ad minus tres missas legant et inferiores gradus temporibus debitis et consuets communionem [sanctam recipiant semelque in septimana fid]elem, integram et devotam confessionem suorum peccatorum nullatenus facere obmittant. In premissis si quis [negligens repertus fuerit, singulis sext]is feriis a presidente proclametur et cum disciplina regulari pena panis et aque irremissibiliter puniatur otam quadragesimalem omnibus sabbatis diebus in conventu solempniter decantetur.

Item violatores silencii usque tercia ti penitentiam peragant levis culpe.

Item cum abdicacio proprietatis adeo regule monachali sit annexa, ut [nec summus pontifex super ipsam consueverit] dispensare, idcirco volumus et firmiter precipiendo mandamus, quatenus omnes persone huius domus omnes pecunias abbatis et bursarii reponant in bursaria non easdem pecunias sive clinodia repetentes nisi ex evidenti et bursarii. Si quis oppositum fecerit et super hoc sine licencia abbatis sui in aliqua proprietate licet modica